

43-8-76.

VOCABULARIUM  
VTRIVSQUE IURIS,

EMENDATIUS ET AUCTIUS

quam vnoquam ante,



Opera

ALEXANDRI SCOT,  
IURISCONSULTI.

Acceserunt præterea Observationes quendam Elij Ant. Neb. in Accursum Iuris civilis Compilatio Legum Romanarum, que de iure publico erant, Index ex variis Authoribus compilationibus collectus.

Es del Caxolino.

se subio para

pluplicarie

pox su mucho

aso.



L V G D V N I.

Sumptibus Iac. Cardon. & Pet. Cauillat.

X X I.





REVERENDISSIMO  
*Domino D.*

**G V L I E L M O**  
**C H I S O L M E,**

*Episcopo Vaisonensi*  
dignissimo,

*S. P.*

**V**squam equidem  
illos laude dignos  
arbitratus sum, Præ-  
sul ornatissime, qui  
morem antiquitus  
receptum, ut quisque ingenij lucu-  
brationumque suarum opera, quæ  
in publicum prodire velit, illis nun-



PRO OE M I V M  
VOCABVLARII  
VTRIVSQUE  
IURIS.



VONIAM iuri operam daturum prius nosse oportet, unde nomen iuris descendat, ff. de iustitia & iure. l.j.in princ. & (ut ait Philosophus primo Elechorum) qui virtutes vocabulorum ignorant, de facili paralogizantur, id est, decipiuntur Nisi enim nomen rei scieris, cognitio rerum perit, secundum Isid. Turpe etiam videtur Patricio, & nobili viro, & causas oranti, ius, in quo versatur, ignorare. ff. de orig.iur.l.ij. §. Seruius ante Sulpitius. & de Hæret. cum ex iniuncto. xxxvij. dist. sedulo. Ex quibus omnibus habetur, quod nemo debet ignorare scientiam, in qua versatur. Quod attendens legislator Ulrianus dicit, Bene est, priusquam ad verborum interpretationem perueniamus, pauca de  
Voc. Vtriusq. Iur. b ipsius


  
 EX  
**OBSERVATIONIBVS**  
**ÆLII ANTONI IN E-**  
**BRISSENSIS IN LIBROS**  
**IURIS CIVILIS.**

  
*De Glauco & Diomede Accurs. somnium.*

Est in præfatione Digestorum peroratio Iustiniani Imp. in hæc verba,  
*Incipit igitur legum doctrinæ eis Dei gubernatione tradere, & viam aperire*  
*quæ nos innenimus, quatenus sicut optimi iustitia & reipublica ministri, &*  
*vos maximum decus in omne suum sequatur. Quia*  
*vestris temporibus talis legum inuenta est permutatio,* qualem apud Homer. parrem omnis virtutis,  
*Glaucus & Diomedes inter se faciunt, dissimilia permutantes. & subdit carmina Homeri sumpta ex 7.*  
*Iliad.libro, vbi narrat quo pacto in obsidione Troiana Diomedes cum Glauco Hippolochi filio congresus cœpit ab illo querere quis esset, quibusque maioribus ortus. Cui Glancus se Bellerophontis nepotem Hippolochique filium esse respondit. Cumque*  
*Diomedes vetus hospitium Oenei Bellerophontisque utriusque auorum fuisse intelligeret, pugna abstinuit, atque ita commutatis armis digressi sunt, quasi pignus amoris alter alterius reportantes. Fuerunt autem Glauci arma aurea centum bobus æstimata, Diomedis ærea nouem boum. Quod Accurs. nescio quibus furis agitatus exponens, ait, Diomedes cum rediret per mare à Troiana victoria, indigebat vino, & inuenit Glaucum iuxta mare abundantem vino,*



## C O M P I L A T I O I V R I S C I V I L I S.

**V**ERVM quia suprà in tertio consilio Discipuli dato dictum fuit, quod discipuli debent amare præceptores, ut habetur ament. etiam apud Quintil. libr. 2. Institut. orator. vbi dicit, Discipulos moneo, ut præceptores suos non minus quam ipsa studia ament, eosque parentes existiment, non quidem corporum, sed mentium: plurimum haec pietas discipulis proderit: nam ita & libenter audiunt & dictis credunt, & similes fieri concupiscunt: sicut laeti & alacres in conuentu aliorum emendati non irascantur, laudati gaudeant: nam ut illorum officium est docere, sic horum præbere se dociles. Doctrina enim coalescere nequit, nisi sociata tridentis atque accipientis concordia. Cum sim utilitatis vestræ audius, & optem quod per vos facta sint bona fundamēta, & ab origine causisque primis intelligatis, ut dicitur in lege 1. ff. de iust. & iur. visum est in signum mei in vos animi aliqua præmittere acuentia ingenium, quæ non reperietis alibi tradita, & paucis sunt nota, & quæ ignorare est lata culpa, scire plurimum affert decoris, ne illotis manibus templum sacratissimum iustitiae opus Cod. & ff. ingrediamini, ut in l. 1. ff. de orig. iur. iuncta l. 1. §. has itaque Cod. de vet. iur. encl. Videamus ergo quæ sit causa efficiens: materialis & finalis libri C. & ff. in hac scientia legali. Quidam (ut Azo) dixerunt, quod **Causa efficiens** lib. C. cum ff. Justinianus est Imperator, ciens iuris. Alij dixerunt, quod fuit ipse Deus, cuius minister fuit Justinianus: & hoc not. in auth. de hęt. & Falc. in sub. hoc probari videtur ex eo, quia lex est inuentio & donum



L E G V M  
R O M A N A R V M A D  
L I T E R A R V M S E R I E M  
A C C O M M O D A T A R V M  
E N V M E R A T I O .

*Leges autem duntaxat, que de iure publico sunt, non etiam  
qua de priuato, hoc est, singulis hominibus, fuerunt,  
(qua priuilegia dicebantur) in hunc ordi-  
nem relatae sunt.*



C I L I A M I N Y -  
T I A de pace Cat-  
thaginiensiū. Tu-  
lere M. Acilius &  
Q. Minutius Tri-  
bun. pleb. Cornelio,  
Ælio, Coss.

Ann. ab urbe condita 301.  
V E L L E N T N E T U B E R E N T N E  
S E N A T V M D E C E R N E R E ut  
cum Carthaginiensibus pax fieret; & quenam eam pacem dare,  
quemque ex Africa exercitus de-  
portare iuberent? De pace, ut  
rogas, omnes Tribus iusserunt  
pacem dare, P. Scipionem, eundem  
exercitus deportare. Liuius lib. 30.

A C I L I A D E C O L O N I I S  
D E D U C E N D I S. Tulit C. Acilius  
Trib. plebis, Cornelio, Mi-  
nutio Coss. Anno ab urbe con-  
dita 316. ut quinque Coloniae  
in oram maritimum deducerent-

tur. Duæ ad ostia fluminum Vul-  
turni, Liternisque: Vna Futeolos,  
Vna ad castrum Salerni. His Bu-  
xentum est adiectum, tricenæ fa-  
miliae in singulas Colonias mitti  
iubebantur. Liuius lib. 32.

A C I L I A r e p e t u n d a r u m. Tulit  
M. Acilius Glabrio, ut repetunda-  
rum causa, vna actione absolu-  
retur, hoc est, ut neque reum com-  
perendinari, neque causam am-  
pliare liceret. Item ut qui accu-  
latores constituti essent, potesta-  
tem haberent litteras & publicas  
& priuatas conquirendi, obsi-  
gnandi, deportandi. de qua Cicer.  
2. in Verr. §. 51. & Asconius Pe-  
dianus in 2. Verrinam.

Æ B Y T I A de legibus. Tulit Abu-  
tius Tribunus Plebis, Ut 12. Ta-  
bularum capita, quæ Reipub. pro-  
pter antiquitatem obsoletasque  
res essent inutilia, abrogarentur.  
Sola